

der Salbung das Gewöhnliche, so bei Reuchlin<sup>1</sup> und bei Erasmus<sup>2</sup>, deren Wichtigkeit für Osiander uns eindrücklich geworden ist. 3. Sehr bald nach Osiander ist auch Sebastian Franck zur Dreibeziehung der Salbung gekommen<sup>3</sup>. Man kann die Beziehung daraus erklären, daß ja beide das Corpus iuris canonici gelesen haben; einfacher aber ist die Annahme aufmerksamen und unbefangenen Bibellesens unter dem Eindruck von Luthers Evangelium. 4. Für Luthers Stellung ist die Freiheit eines Christenmenschen bezeichnend; er kann (Z. 14) die Stellung Christi zu seiner Christenheit erschöpfend darstellen unter der Doppelbeziehung des Hohenpriesters und Königs; und er weiß doch (Z. 5): „Christus vmb keyns andern ampts willen, den zu predigen das wort gottis, kumen ist.“ Hier ist durch die Betonung der Verkündigung das magisterium Christi dem Prophetischen sehr stark angenähert und dem Priestertum und Königtum übergeordnet. Auf alle Fälle scheint mir diese Stelle wichtig zur Erklärung der bei Osiander vollzogenen Verknüpfung von magisterium und Prophetie.

Soviel ergeben doch wohl schon diese Beobachtungen, daß das eigentümliche Neue der Reformation eine völlig neue Schätzung und ein vertieftes Verständnis des prophetischen Amtes ist. Vielleicht aber zeigen sie noch etwas andres, nämlich den grundlegenden systematischen Fehler in der Lehrbildung von den drei Ämtern. Das Neue an der Reformation, in dem wirklich prophetische Religion lebendig wird, nämlich die Gründung des frommen Lebens im Worte, kommt nicht dadurch zu seinem Rechte, daß neben Christus den König und den Hohenpriester Christus als der Prophet gestellt wird, sondern allein dadurch, daß man, wie Luther, das königliche und hohepriesterliche Amt dem Amt des Wortes unterordnet.

## Bugenhagen und Spalatin

Von Otto Clemen, Zwickau

Die in der Zwickauer Ratsschulbibliothek aufbewahrten Stephan Rothschen Sammelhandschriften sind unerschöpflich. Was ist doch allein der Quarthandschrift XXXVII schon alles entnommen worden! Der von mir vorbereitete Katalog der Handschriften der Zwickauer Ratsschulbibliothek wird darüber genauere Angaben bringen. Jetzt möchte ich aufmerksam machen auf einige für Spalatin, höchstwahrscheinlich von Bugenhagen

1) De verbo mirifico, Tübingen 1514, i 5 a (lib. 3). — In den Rudimenta (1506, p. 297 s. v. מִשְׁחָה) hat Reuchlin allein die Königswürde zur Erklärung herangezogen. 2) Annotationes, Basel 1522, p. 4 (zu Matth. 1).

3) In der „Chronica, Zeitbuch und Geschichtsbibel“ 1531, in dem 1. Abschnitt „Von Gott und dem Namen Gottes“.

in den Jahren 1522, 1523 aufgesetzte Erklärungen von Schriftstellen, die zugleich auf Luthers und Melanchthons Briefwechsel mit Spalatin Licht werfen.

Die Handschrift, deren Blätter neuerdings mit Bleistift durchgezählt worden sind, besteht aus zwei Theilen. Der zweite beginnt Bl. 225<sup>a</sup> mit 'A Luthero quaedam collecta sparsim tum in contionibus tum prelectionibus Vuittenberge?' — Vgl. W. A. 4, S. 588f. Dem aus Lagen von acht oder zehn Blättern zusammengesetzten Bande hat Roth vier Blätter vorgeheftet, auf die er ein Inhaltsverzeichnis und einen Lückenbüßer: 'Allegoria similitudinis de eo, qui incidit in latrones Lucae, X. D. M. L.' geschrieben hat. Das Inhaltsverzeichnis zum ersten Theil lasse ich folgen:

- In Mathei Euangelium quaedam Annotationes Philip: Me<sup>1</sup>:  
 In Epistolam ad Hebreos Ambßdorffius. Parabola de nuptiis Matt. 22.  
 Loci Communes in Euangelia per anni circulum. Johan: Pome:  
 || Loci aliquot scripture explicati. Vt. Ego sum qui sum.  
 Deus Abraham, deus Isaac, deus Jacob. Deus viuentium deus.  
 Non est Veritas. Osee. 4. Baptizari in nomine Christi etc.  
 Locus Isa: 22. de clauae Dauid. Opera illorum sequuntur illos.  
 Lucae. 1. caput. Erat in diebus Herodis etc.  
 Mortuos resurrexisse in resurrectione Christi.  
 Christum predicasse apud inferos  
 | Lucae. 22. facta est contentio inter discipulos Jhesu. |  
 In Canticum Saccharie. Benedictus dominus etc. Lu: 1.  
 | Communicandumne sub altera an sub vtraque spetie. |  
 Aliquot questiones explicatę. ||  
 Institutum pietatis praescriptum a Mar: Lu: dominis in arce<sup>2</sup>.  
 Quibus verbis vtitur Pomeranus in copulatione viri et ...<sup>3</sup>  
 In Canticum Canticorum Annotationes Galli<sup>4</sup>.  
 Egrani epistola ad Nicolaum Oecandrum Episcopum Cygneum<sup>5</sup>.  
 In septendecim capita Esekielis Annotationes Galli<sup>4</sup>.  
 Collectanea in Lucam Euangelistam vtcunq; collecta.

Es ist alles von Roth geschrieben, nur der Amsdorfsche Hebräerbriefkommentar von Rörer. Er füllt zwei Bogen zu je zehn Blättern (Bl. 63<sup>a</sup>—82<sup>b</sup>). Die Stücke, auf die ich hinweisen möchte, sind in dem oben wiedergegebenen Verzeichnis in || || eingeschlossen. Die innerhalb dieser Grenzen in | | eingeschlossenen zwei Abschnitte drucke ich ab<sup>6</sup>:

1) Lückenbüßer, zur Füllung des leer gebliebenen Blattes 62<sup>b</sup> nachgetragen. Dementsprechend ist auch der Titel im Verzeichnis mit kleinerer Schrift nachgetragen. 2) Enders, Luthers Briefwechsel 4, S. 210.

3) AfRg. 3, S. 84. 4) ZKG. 22, S. 131.

5) J. G. Weller, Altes aus allen Theilen der Geschichte 2, S. 780f. Es folgt noch (Bl. 152<sup>a</sup> und <sup>b</sup>) — im Register übergangen — der Weller 2, S. 643f. abgedruckte Brief des Erasmus an Joh. Cäsarius (Allen, Opus epistolarum Des. Erasmi Roterodami 5, 608).

6) Während das Register originalgetreu wiedergegeben ist, werden nun Orthographie und Interpunktion modernisiert.

Lucae 22: 'facta est contentio inter discipulos.'

Damnatur ambitio nostrorum clericorum et praerogativa sanctorum nostrorum patrum monachorum, quae gentibus est Christi exemplo eciam adversa. hec sententia est: Gentile est dominari super alios, non Christianum. Vox Gedeonis digna principe (Jud. 8, 23): 'Non dominabor vobis, nec dominabitur vobis filius meus, sed dominabitur vobis dominus deus vester.' 1. Pe. 5 (3): 'Ut non dominantes.' 1. Co. 4 (1): 'Minister Christi.' Et in Euangelio (Mt. 25, 21) fidelis servus, quem constituit etc. Inter discipulos Christi non est maioritas verbi, ut somniat Papa. De regibus gentium hoc dico, quod Apostoli: dum nihil tentant contra Euangelium, obediendum est eis in omnibus: 'cui honorem, honorem' etc., Ro. 13 (7). Hodie principes nulli timori sunt nisi piis contra dei ordinationem, sed non sine gloria piorum.

Perseverantes in tentionibus (Lc. 22, 28) cum Christo accipiunt	{ Regnum, ut sint reges Hereditatem, ut fruantur omnibus dei bonis Iudicium, ut sint iudices et homines recti iudicii }	In Christo. { nam inquit: ut }	{ Regnetis } { Gaudeatis } { Judicetis }	} me- cum

Sequuntur aliquot quaestiones ex hoc loco. Prima: Quomodo intelligas hunc locum ibidem Lucae 22 (30) in regno Christi discipulos eius comesturos et bibituros super mensam, cum sit regnum spirituale regnum Christi. Responsio: Regnum Christi, quod est ecclesia sanctorum, quia spirituale est, spirituales mensam habet, quod est verbum dei. Contentptores et hypocritae audiunt quidem, legunt, scribunt, verum soli credentes, qui in tentationibus cum Christo permanent, edunt panem vitae (Jo. 6, 48) et bibunt fontem salientem in vitam aeternam (Jo. 4, 14), habent gaudium in spiritu sancto (Rom. 14, 17), et delectantur in multitudine pacis (Ps. 36, 11), quia pax exuperat omnem mentem (Phil. 4, 7). Esa. 25 (6): 'Convivium pinguium, convivium vindemiae' etc. 64 cap. (4), Id quod citat Paulus (1. Cor. 2, 9): 'Oculus non vidit' etc. Joannis 6 (64): 'Verba, quae ego locutus sum' etc. ps. 21 (27): 'Edent pauperes et saturabuntur.' hoc gaudium et ista spiritus refectio in regno Christi est de remisso peccato et acceptum ab hereditate, utcumque foris seviat mundus, utcumque intus quandoque videatur dereliquisse deus. Nonnunquam enim post ieiunium lautius nos eibat et fortius fidimus tentatione semel superata.

Secunda: Quid sit sessuros esse super thronos etc., Cum Christus sit iudicaturus, Joannis 5 (22), Et sermo Christi Joannis 12 (48). Et quale sit utrorumque, imo omnium trium: Christi, verbi eius et discipulorum eius iudicium futurum? Christus indicabit in novissimo die, Et sermo eius indicabit in novissimo die, damnabit enim omnes, qui eum non susceperint, qui interim sese omnibus offert, Judicabunt et tunc omnes electi, qui rapientur obviam Christo in aëra (1. Thess. 4, 16): 'Nescitis, inquit Paulus (1. Cor. 6, 3), quod et angelos indicabimus?' Verum hic Christus

dicit de iudicio credentium, id est illorum, qui permanent in tentationibus, quod futurum dicit in regno suo, quod a resurrectione eius fidelibus declaratum est. Et sedebitis, inquit (Luc. 22, 30), in regno, scilicet meo, super thronos, ut reges et iudices, iudicantes duodecim tribus Israel, quorum reliquiae propagatae sunt in gentes per semen verbi dei. In regno ergo ecclesiae, quod est spirituale, super thronos spirituales reges et iudices spirituales, qui alioqui secundum carnem vix sunt piscatores, non digni, qui admittantur ad oscula pedum Papae beatorum, sedent et regnant iudicantes per verbi ministerium omnem hominem. I. Co. 9 (14, 24): 'Si autem omnes prophetent etc., convincitur, diiudicatur ab omnibus, Occulta enim' etc. Et ca. 6 (2): 'Sancti hunc iudicabunt, non in futuro iudicio solum, sed et nunc.' Et supra (2, 15): 'Spiritualis homo diiudicat omnia.' Nonne haec magna dignitas? Spiritum enim dei habet, qui arguit mundum de peccato (Jo. 16, 8). Nec te moveat, quod in Matthaeo (19, 28) dicitur: 'In regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae' etc. Nam idem est, quod diximus: Christus iam sedet in sede maiestatis suae in regeneratione, id est, postquam regeneratus est sua resurrectione. Corpus enim eius et vita ante animalis iam completa resurrectione facta est spiritualis. Et regenerationis regnum iam per eum nobis cepit (!), Et deus convivificavit nos in Christo et corresuscitavit et sedere facit in coelestibus Ephe. 2 (5 sq.). Verum haec omnia carnalibus oculis abscondita sunt, donec et nostra regeneratio compleatur in novissimo die. Itaque, quicquid unquam legeris de eo, quod sumus reges in Christo, Id quoque intellige de appellatione Iudicum, quod sumus Iudices in Christo. In primis illi, quibus ministerium verbi commissum est a spiritu dei, quod iudicium et caeteri habent secundum mensuram fidei, ut nihil eis desit, quod ad salutem attinet, de quo non possint recte iudicare inter hypocrisim et veram iustitiam, inter spiritum Apostolicum et pseudapostolicum, inter peccatum et non peccatum, In quorum potestate est id, quod Paulus gloriatur 2. Co. 10 (8), Et, quod Christus dicit (Mt. 18, 18): 'Quicquid ligaveritis.' Numquid haec tibi parva videntur? Nequid vero hic hereas, Mi Spalatine, in hoc quasi mea sententia (scio enim, quod omnes fere in his respiciunt solum in extremum diem), praeter reliqua non obscura, ni fallor, quae dixi, hoc te certificat, Quod Christus hanc sententiam iudicii dat potestati discipulorum: 'Quicquid solveritis' etc. super terram sive in terra, in regno quidem coelorum, id est ecclesia, non in coelis super nubes, illic enim non ligabis aut solves.

Tertia: Cur Christus hic (Luc. 22, 29) dixerit: 'disponam vobis regnum', cum Matt. 20 (23) dixerit sedere ad dexteram fore, quibus paratum est e patre meo. Primum non est hic differentia observanda inter sedere a dextris et a sinistris. Nam sic respondet dominus eis, ut ipsi interrogant. Intellexerat enim per sedere a dextris et a sinistris regnare etc. Deinde, quod te offendit Christus negat suum esse dare, dare et disponere non idem est. Christus omnem gloriam arrogat patri, pater dat

quoque hoc, quod pater dat, disponit Christus, quia non dat pater nisi per Christum mediatorem, ergo se significat.

Quarta: Cur Christus eodem Lucae 22 (28) dixerit discipulis secum in suis tentationibus permansisse, cum tamen statim eadem vespera offensi de cruce eum deseruerint. Haec est summa nostri consolatio et insignis poenitentiae, quam vocamus, certitudo, quod Christiani et dilecti sunt, qui etiam casuri sunt (gravissime corruerunt Apostoli), quos vidit dominus redituros. hic diligentibus deum omnia cooperantur in bonum (Rom. 8, 28). Itaque permanserant hactenus, qui hac nocte non erant permansuri, sed deinde redituri. Nemo enim periit nisi filius perditionis (Jo. 17, 12).

Gratiam et pacem a Deo patre et domino nostro Jesu Christo! Tuas, vir eruditissime atque idem optime, litteras non osculari non potui, at verebar In illis nonnihil illas mei laudes, sed pressius rem intuiti non tam ad me quam ad te pertinere apparuerunt. Quanta enim eruditione valeas, quam candido sis in alios iuditio, ipsae testes sunt haud obscurae. utcumque tamen mihi non arrogem, quae scripsisti, tuae humanitati, quas possum, gratias ago. Tuam amicitiam obviis, ut aiunt, amplexus sum bracchiis, Et obsecro, ut per Christum rata sit. Divitias non contemnendas mihi credo accessisse, tantum abest, ut contemnam. Oremus tantum communem patrem, ut suum per Christum nobis impartiat spiritum, quo docti intelligamus et agnoscamus divitias gloriae eius, quibus implet esurientes, dum divites dimittit inanes (Lc. 1, 53).

Communicandumne sub altera an sub utraque spetie.

Recte sentit Philippus<sup>1</sup>: Siquis recte sentiens inter recte sentientes a recte sentientibus alteram spetiem propter aliquam causam, quam non ignorarent qui adsunt, sumeret, non peccaret, Nam sua uteretur libertate, cum sit liberum sacramentum. Verum siquis hoc absque causa faceret, nescio qui fieret Christiano animo, cui non placeret, quod Christo placuit. Si quis vero esset inter Papistas, qui alteram (utranque?) spetiem impie prohibent, Ego dicerem sumendo alteram spetiem tunc peccare, quando sic alteram spetiem sumeret, ut damnaret utranque spetiem sumentes, Sicut Paulus de cibo communi dicit Ro. 14 (15), eadem ratione, quod sacramentum est liberum et libenter vellet alteram quoque spetiem sumere, si daretur. Hoc ego, inquam, dicerem, nisi horrendum esset inveni in blasphemiam papistarum, ut multo melius sit inter eos abstinere a sacramento quam accipere et consentire eorum errori et impietati. Damnant enim, quod Christus instituit, et peccare aiunt et damnatum hereticum esse, qui Christi institutionem sequitur. Et ad hoc solum urgent, ut, cum etiam communicemus altera spetie, ut sic communicando videamur cum eis Christum damnare. Quid hic sentis, Optime Georgi?

1) An Äußerungen Melanchthons über diese Frage ist mir nur die spätere in seinem Briefe an Spalatin vom 4. April 1524 (CR. 1, S. 652) bekannt geworden, die aber hier nicht gemeint sein kann.

Scandalum vitare debes ob fratrem infirmum in rebus mediis. Christi institutionem damnare res media non est. Si liceret pervertere hominibus Christi institutionem, ego potius pane quam hic vino carerem, cum Christus iusserit hoc fieri, quoties vellemus, in memoriam mortis eius (1. Cor. 11, 24 sq.), quae in sanguine potius videtur quam in corpore. Itaque hoc signum totum, quod pro nobis Christus ex virgine adsumpsit et quod pro nobis in cruce expendit, Illud in pane, hoc in vino praesentat. Resurrectionem vero sive Christi glorificationem hic significari et adesse quis dubitat? Vitam enim accipis, non mortem, dum per fidem accipis Christi sanguinem in morte effusum. Quis igitur audebit haec omnia immutare? Si corpus solum accipis, videris tantum fateri filium dei corpus accepisse, in quo praedicavit et miracula fecit Judaeis, quorum in corpore fuit minister, non gentium Ro. 15 (8), Et in Evangelio (Mt. 15, 24): 'Non sum missus nisi ad oves domus Israel' etc. Caeterum, dum ducis sanguinem non sumendum, mortem et glorificationem, in quibus est salus nostra et regnum dei inter gentes, videris abnegare et obicere nobis corpus illud mortale, in quo erat sanguis et vita animalis. Ne stupidi Papistae hoc nos putent ignorare, quod gentes et rudes rustici non ignorant. Scio, Papista, quod corpus vivum non est sine sanguine, Sed ignoras, quid sit, quod oportet animale cadere, ut resurgat spirituale. Ego Christum in hoc sacramento adoro et edo fide talem, qualis venit ad me, postquam assumpti corporis sanguinem effuderat. Tunc enim non in corpore mortali venit ad gentes, sed glorificatus in dexteram dei venit in spiritu praedicans nobis mortuis in carcere et tenebris et umbra mortis sedentibus (Lc. 1, 79) etc. Mortuum igitur in hoc sacramento video, sed glorificatum fateor, cuius vitam edo. Sic Christus instituit et testamentum appellavit. Papistis neque institutio neque nomen probatur, ut vel hic videantur Antichristiani. Mihi utrumque placet, ut sumam, quod Christus instituit, qui omnia melius novit quam angeli et homines, ut testamentum sit mihi legatum, quod mihi vindicare non licet nisi post effusum Christi sanguinem, id est post mortem testatoris. In concilio Constantiensi quam insigniter desipuerint, potest vel animalis homo videre, si verba perspiciat traditionis impiae. Martini igitur sententiam, imo Christi, quam tuto secutus fueris, vides.

Aus dem Verzeichnis und den beiden Proben erhellt, worum es sich handelt. Es sind für Spalatin aufgesetzte Erklärungen einzelner Schriftstellen, Erörterungen einzelner exegetisch-dogmatischer Fragen. Wer ist der Verfasser? Melancthon, der am Anfang, und Luther, der am Ende des zweiten der abgedruckten Abschnitte zitiert werden, scheiden aus. Im Verzeichnis ist zu allen Stücken der Autor vermerkt, nur nicht zu dem Lukasevangeliumkommentar, wo er aber höchstwahrscheinlich ursprünglich vermerkt gewesen und nur das Papier ausgerissen ist, und zu unseren Erklärungen. Hier ist zu vermuten, daß die Verfasserbezeichnung, die zu dem vorhergehenden Stück: Loci Communes ... hinzu-

gefügt ist, fortbesteht und also Bugenhagen als Autor auch unserer Erklärungen zu gelten hat. Dazu stimmt folgendes:

1. In dem ersten Briefe Bugenhagens an Spalatin, der erhalten ist (Wittenberg 27. Nov. 1522, Original: J 10 der ZWRSSB., abgedruckt bei O. Vogt, Bugenhagens Briefwechsel, S. 9f.), verspricht Bugenhagen, gern Spalatin's Bitte um Erklärungen prophetischer Stellen erfüllen zu wollen, obgleich er mit Luther und Melanchthon nicht konkurrieren könne ('ego longo intervallo secutus interpretor, quod in prophetis invenio').

2. In Abschrift Roths ist in dessen Sammelquarthandschrift XLI, Bl. 2<sup>a</sup>—3<sup>b</sup> erhalten (abgedruckt bei Vogt, S. 14—17) eine Erklärung der Berufungsvision des Jesaja von Bugenhagen (o. J., adressiert: cuidam amico, d. i. wohl Spalatin), die ganz ähnlichen Charakter trägt wie unsere Erklärungen.

3. Am 13. Okt. 1522 schreibt Luther an Spalatin (Enders 4, 10), er sei zu beschäftigt und zu pressiert und werde daher Spalatin's Anfrage de psalmo 43 ein andermal beantworten, 'vel Johannis Pomerani glosam mittam'.

Die Zeit, in die unsere Erklärungen fallen, läßt sich nur allgemein angeben: 1522, 23. Spalatin hat sehr bald, nachdem Luther von der Wartburg nach Wittenberg zurückgekehrt war, diesem einzelne exegetische und dogmatische Fragen vorgelegt (Enders 3, 328. 359. 366. 391. 4, 9. 22. 35. 43. 100. 177. 220. 237. 252 usw.); er wird sich auch an Bugenhagen mit solchen Anliegen gewandt haben, sobald er mit diesem in direkte briefliche Verbindung getreten war, was gelegentlich seiner Verheiratung am 13. Oktober 1522 geschehen zu sein scheint. Der Brief, der in unserer Handschrift der ersten der beiden oben abgedruckten Erklärungen angefügt ist, war wohl die Antwort auf Spalatin's erste Begrüßung. Man möchte annehmen, daß die voranstehende Erklärung diesem Briefe beilag, also auch in den Okt. 1522 gehöre. Sie fällt aber offenbar vielmehr in zeitliche Nähe der Erklärung derselben Schriftstelle Luk. 22, 29ff., die Melanchthon für Spalatin aufgesetzt und mit ein paar Begleitzeilen diesem übersandt hat (= CR. 1, 624). Leider ist dieses Melanchthonmanuskript undatiert; Spalatin hat die Jahreszahl 1523 beigeschrieben, Bretschneider es um die Mitte August 1523 angesetzt<sup>1</sup>. Dann müßten wir in der ersten der beiden oben abgedruckten Proben Erklärung und Brief auseinanderreißen. Das will mir aber gerade durchaus einleuchten; Roth wird einzelne Zettel von Bugenhagens Hand ohne Rücksicht auf ihre zeitliche Reihenfolge abgeschrieben haben. Die im Verzeichnis als Nr. 3 angeführte Erklärung (über Hosea 4, 1) gehört wohl in zeitliche Nähe der Briefe Luthers an Spalatin vom 3. Nov. und 11. Dez. 1522 (Enders 4, 22. 35), da Luther ihm hier auch zwei Hosea-stellen erläutert.

1) Zu Punkt 5 CR. 1, S. 625 vgl. Punkt 7 in dem von Enders 4, S. 252 Ende Oktober 1523 angesetzten Briefe Luthers an Spalatin.